

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0137

LOG Titel: De Sirenibus. Cap. IV.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

VICTVS. FERITAS.

Idem Pausanias humana carne vesci solitas refert, adeoq. fuisse feras, vt in homines non minus, quam Leones, ac Pantheræ grassarentur. Quin, & missilibus pennis armatas referunt, quibus haud aliter, quam sagittis ciaculatis insectantes vulnerarent; seseq. defenderent. Sed, & rostro plurimum valere dictæ sunt, quo in illos, si qui ad eas capiendas accederent, feriebantur, vulneratosq. occidebant. Id tanta duritie fuisse fertur, vt vel ferrea hominum scuta perforaret. *a* Lucretius vnguibus quoq. formidabiles esse scribit.

*Thracen Bithoniasq. plagas, atq. I smara propter
Tantoperè offecerent vobis, vncisq. timende
Vnguibus Arcadiæ volucres Symphala colentes.*

10 Infignem earū feritatem ac sauitiam *b* Plautus innuit, cum amoris crudelitatem exaggeraret.

*Cum auitibus Symphalictis, cum Antæp lucari maueim
Qua cum amore, &c.*

*Rostri.
Symphali-
dum duri-
tias.
a Lib. 7. de
rer. nat.*

b In Persa.

Hoc verò mirū est, quod venatores narrant, vestes sibi cōtexere Phloinas, quibus rostra Stymphalidum non aliter, quam minorū auium alæ visco detineantur. Hæc ex Pausania transferentes, Gillius corticeam vestem, *c* Leonicerus multiplicem pannosamq. tunicam, verterunt. Sed Phlus vel phleos genus est stirpis Theophrasto, ex quo Phloinæ vestes cōficiēbātur, quarum, & Pollux meminit. Hæc aues easq. innumeras ex Stymphalide palude Hercules abegisse fertur. Pausanias ab eo sagittis confectas narrat. Pisander Camirentis aues ab Hercule occisas negat, sed crotalorum strepitu abactas, neq. aliter potuisse, nisi crotali seu crepitaculi ærei sonitu perterrefactas, quod à Vulcano fabre factum Minerua acceperit, & Herculi donauerit. Hæc *d* Vergilius, vbi de laboribus Herculis agit:

Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.

*Quomodo
copiantur.
Phloina vō
stēs.
c Varjjs.
Phlus, vel
Pleos.*

*d In Trag.
e L. 2. de ra-
pti Troserpo*

30 Et *e* Claudianus, vbi Herculem alloquitur:

*Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetit, occiduo ducis ab orbe greges.*

Item Catullus eodem sensu.

*Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
Perculis, imperio deiectionis heri,*

f Author quoq. Austria dum memorat:

*Lebifero quondam superatum Stymphalon arcu,
Victaq. ad Argolicum referentem monstra tyrannum.*

f Lib 2

g Papinius item Statius inter cætera Arcadiæ loca recenset.

— Hercules vulgatos robore montes

Monstriferum Erymanthos, & arisonum Stymphalon.

g Thibai. 3

40 Aerisonum Poeta vocat, quod, vt antè retulimus, ingenti æreorum crepitaculorum sonitu, seu, vt Pherecides tradit, æreæ tabulæ collisione ab Hercule pulsas ex Arcadia fabulentur. Crotalum seu æneam illam tabulam, quam alij Vulcani opus esse asserunt, quidam ab ipso Hercule fabricatum putant, quibus accedit Hellanicus. Mnasis huius rei propriam historiam scribit, & Stymphalides Stymphali heroicæ virtutis hominis, & Ornithæ puellæ fuisse filias ait, ab Hercule extinctas, quod hostibus Molionis intra urbem receptis, portas ei clausissent. Pherecides verò nō mulieres, sed aues fuisse ait ab Hercule interemptas. Higinus in hac fabula non parum ab alijs variat. Argonautæ, inquit, cum ad Insulam Dianam venissent, & aues pennis suis pro sagittis vten-
tes eos conficerent, cum multitudini resistere non possent, ex Phineimōitu clypeos, & hastas sumperunt, exq. more Curetum sonitu eas fugarunt.

DE SIRENIBVS. Cap. IV.

Sirenes ideò inter volucres fabulosas, easq. rapaces reponi quoq. posse videntur, quod quos cantus sui lenocinio ad se pelliciebant, deuorare fingerentur.

ÆQVIVOCA.

SIRENES, & Onocentauros *a* Esaias demones quosdam vocat, qui certa quadam corporis figura assumpta ad desolationem ciuitatis alicuius ira numinis missi sunt. *a* *Ca. 13. & 14.* Syri verò Cygnos interpretantur. Hi enim loti ex aqua sursum in aerem volant, & suauem quen-

b Cap. 30. quendam cantum edunt. Vnde Job. *Frater factus sum Sirenium, & socius Passerum.* *σπυδαῖν* Stru-
 Siren auicu- thiocamelorum, ut in hoc loco Suidas accipit.) hoc est, calamitates meas cano more Sirenū.
 la. Nescio quis in Lexico Græcolatino Sirenem aliam auiculam quandam dicit esse, quod ego
 Seris auis apud nullum hæcenus probatum autorem me legisse memini. Galli quidem vulgò canoram
 Gallis quæ. auem quandam paruam, & suavisitè argutam sua lingua Serin appellant, forte quasi Sire-
 Sirenes a- nem. Est autem illa veterum Acæthis, Sirenes etiam astra dicuntur, ut scribit author Lexici Re-
 fra. thorici à verbo *σειριαν*, quod est fulgere, lucere; unde & Sirius (canis fidus) priuatim, & per
 c Hist. c. 40 excellentiam ita dictus est. Est & apud Aristotelem Siren masculino genere animalculū in-
 dL. 11. c. 16 fectum; uideretur autem illud quoque edere vocem quandam *σημείωδη*, id est, futurum aliquid
 Siren infe- significantem; & d Plinius Sirenes è fucorum genere esse ait, quas in apibus Nymphas appella-
 Etuu. mus, hoc est, Fucos imperfectos, cum iam formā capere incipiunt. *Cætera turba*, inquit, *quum*
 Siren proth formam capere capit, *Nymphae* vocantur: ut *Fuci Sirenes*, atque *Cephænes*. meminit & Suidas
 nica. *Σειρῶν μὲν φίλον ἀγγέλει, ζῆνον δὲ μέλισσαν*, hoc est *Siren quidem amicū nūnciat, hospitem uerò*
Apis, Siren infectam et certificum Apis consimile. Siren *σειρῶν* dicitur etiā genus tunicæ tenuis, &
 perſpicuæ, qualem scilicet sub Sirio, id est, in magno æstu gestari consuevit; uideri autem
 potest talis tunica ferica esse, cum & res & nomen conueniat.

NOMEN. ETYMVN.

Ita im Etymolog.

SEPTVAGINTA interpretes pro Ieanim vertunt Sirenes, de quarum etymologia
 extat apud Grammaticos. Sūt qui dicās velint ἀπὸ τῆς σειραν, hoc est à trahendo: hinc
 Syrenes scribunt per ypselō, sed perperam, cum Græcis *σειρῶν* per eidiphongū scriba-
 tur. Alij à *σειρά*, quæ vox catenam significat, eò quod libidinis uinculum Sirenes fuerint. Alij
 ἀπὸ τῆς εἰρεν, id est, connecere uel retinere, quod prætereuntes suo cantu retineant. Alij à uer-
 bo *σειω*, quod Hefychio quandoq; significat *σύνεραντῶν*, qui & addit sumptam esse metaphoram
 ἀπὸ τῶν τὰ ἀπρόδρου σείωντων. Sed friuolæ nimis istæ Grammaticorum coniecturæ sunt. Si tamen
 earum una mihi recipienda foret, putārim appellatas *παρὰ τῶν σειρῶν*, id est, à catena siue fune:
 quod audientes scilicet uoce earum capti, ab ea tanquam uine perderent, & tanquam alligati
 traherentur, ut ad Herculis Gallici ore procedente catena uinētī quidam illum sequitur apud
 Lucianum, quod ad demonstrandam eloquentiæ uim confictum est. Est qui *σειράζειν* uerbum
 interpretatur, *σπείρειν τινα σπείρειν*, quod ab eodem nomine *σειρά* catenā significante factum conij-
 cio. Nec mihi interim etiam displicuerit, si quis à Sar Hebraico uerbo deriuat, quod canere, &
 psallere significat, cum & eisdem Zar ligare est, unde *σειρά* fortè dicitur, id est funis, &
 uinculum.

FORMA. DESCRIPTIO.

DE forma, figuraq; Sirenium, etsi non bene inter scriptores conueniat, omnes tamen
 in eo consentiunt, ut monstra marina fuisse fabulentur. Hinc Ouid. dixit:

Monstra maris Sirenes erant, qua uoce canora

Quaslibet admissas detinuerunt rates.

a Odyss. M.

b Li. 17. de
anim c. 23

c Antid. 6

d In Com.
Odyss. M.

e Metam. 5.

Sunt qui superiori sui parte uirginis formam retulisse, & inferiori in piscis caudam desuiffe
 finxerint, à quibus fortè Homerus non dissentit, facturus eas, (si alatas esse credidisset)
 sequentes, & aduolantes ad fugientem Ulyssis nauem: atque hinc etiam pictores nostri xui
 inferioris pisces eas cōfingunt: sed perperam; nam veterum, quod scia, nemo piscium figuram
 eis tribuit; quamuis enim Homerus alatas esse non dixerit, id ideo factam putem quoniam de
 alis earum loquendi occasio nulla ei data sit. Finguntur itaq; à ueteribus, teste Aeliano
 speciem à thorace sursum habuisse muliebrem, infera uerò auiciam, ut & c Seruius annotat,
 item & Suidas. Contrā uerò Grammatici Græci in superioribus speciem *σπυδαῖν* hoc est, Pas-
 serum; in inferioribus mulierum formam illis tribuunt: & Buccatius ex Alberio ignobili scri-
 ptore uirgineum eis corpus umbilicotenus, pedes uerò Gallinaceos assignat. d Eustathius
 rursus à Venere, cum uirgineam sibi uitam delegisset, in aues transformatas esse tradit; hoc
 enim significat *ἰπριθωδεῖσαι*, & Isacius Tzetzes *ἰπριδογόνους*, eas appellat. e Ouidius eos secutus
 est, qui inferiorem corporis partem auiciam, supernam humanam fuisse, fabulari sunt, ut
 his uersibus exponit;

— Vobis Acheloides unde

Pluma, pedesq; auium, cum uirginis ora geratis

An quia

*An quia cūm legeres flores Proserpina vernos
In comitum numero mixtę Sirenes eratis?
Quam postquam toto frustra quęsis sis in orbe.
Protinus ut vestram sentirent & quora curam.
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optatis, facilesq; Deos habuissis, & orius
Vidi sis vestros subditis flauescere pennis.
Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaq; dos oris linguę deperderet usum,
Virginei vulnus, & vox humana remansit.*

QVÆ. ET QVOT FVERINT SIRENES.

HOMERVS *σπλωϊν* protulit in duali numero tanquā binę tantū fuerint Sirenes, quarum nomina quibusdam putantur Aglopheme, & Thelxiepeia, Alij verō binas fuisse quoq; putarunt, sed sine nomine, vt Eustathius annotat. Alij rursus tres, atq; hæc earum nomina faciunt, Parthenope, Leucosia, & Ligia. Scholiastes verō alia earum nomina recenset, videlicet Thalxiope, vel Thelxinoc, Melope, & Aglaophamos. Alia item Isacijs Pisinoc, Aglaope, & Thelxiepia. Sunt qui quatuor, nec desunt, qui quinq; fuisse finxerint.

*Aglaopheme.
Thelxiepia
Parthenope.
Leucosia.
Ligia
Thelxiope.
Melope.
Aglaophamos.
Pisinoc.
Aglaope.
Thelxiepia
Sirenes iuxta
Acheloïdes
distat.
Serta ex Sirenum pennis.*

O R T V S.

QUEM AD MODVM de nominibus, & numero Sirenum non constat, ita etiam de ortu earum diuersa authorum opinio est, cūm alij ē sanguine, qui ē cornu Acheloi, cūm lucta ab Hercule uinceretur, destillauit, natas velint; alij verō ac ferē omnes Acheloi quidem filias faciūt, ideoq; Acheloïdes vocarūt, sed ex congressu eius cum Musarum aliqua natas nati sunt. Horum rursus alij cum Terpsichore seu Melpomene, alij cum Calliope, alij deniq; cum Sterope Amythaonis filia cōcubuisse illum tradidere. Sunt præterea qui dixerint, Sirenes Iunonis impulsu cum Musis de cantus harmonia decertasse, cumq; a Musis facile uincerentur, illas Sirenibus pennas euulsiisse, fertaq; ex ijs sibi confecisse. Non desunt etiam, qui eas a Venere, quod perpetuam sibi uirginitatem elegissent, irata, in Aues conuersas fuisse dicant. Alij tādē Proserpinę adhuc virginis comites fuisse produnt, & in talia monstra marina mutatas, atq; id ex Ouidio paulō antē recitauimus.

L O C V S.

SERVIVS Sirenes iuxta Pelorum primum, qui Sicilię promontorium est Protoparo; & hodie Capo de la torre del Farro dicitur; postea uerō in Capræis, quę insula Tiberij Principis arce nobilis est, teste a Plinio, in mari Tyrreho habitasse memorat; a quo Eustathius non dissentit in Tyrreniam eas auolasse, quę Italię pariter regio est, & Anthemosam quandam insulam in eodem mari incoluisse tradens: sed fortassis id ex Apollonio descripterit, qui Argonautas mare nauigātes insulam Anthemoissam (sic & Hesiodus vocat) & in ea se Sirenes uidisse scripsit. b Plinius verō Surrentum Campanię oppidum a Græcis conditum, quod alio nomine dicitur petrę Sirenum, vnā cum Promontorio Minerę Sirenum quodam sedem fuisse tradit, De quo c Virgilium quoq; loquutum volunt, vbi canit:

*Iamq; adē scopulos Sirenum aduēta subitas
Difficiles quodam multorumq; offibus albos.*

Vnde Sirenes Italię loca incoluisse constat, quamuis Dino apud Plinium Clitarchi celebrat auctoris pater in India habitasse affirmet, mulceriq; earum cantu, quos grauatos somno lacerent.

*Pelorus p. promontorium quale.
a Lib. 3. c. 6
Anthemosam insula.
Anthemoissa insula.
Surrentum Campanię oppidum.
b Lib. 3. c. 5
Petrę Sirenum.
c Lib. 3. Aeneidos.*

CANTVS. RAPACITAS.

CV M tres pleriq; veterum Sirenes fuisse dicerent, tria etiam illis instrumenta vocem, videlicet, tibias, atque lyram assignarunt, quibus tantam ederet harmoniam, vt non tantū homines, sed ventos etiam (vt ex Hesiodo recitat Eustathius) demulcerent, & mate tranquillius redderent. Vnde *συρπηϊόν μαλός* apud Suidam de cantu suauissimo legimus.

mus. Sed pestifer omnino ac perniciosus præternavigantibus fuit earum cantus, utpotè quos tali dulcedine, tanquam illicio detentos in ultimum vitæ discrimen, atque naufragia præcipitarent, demersosq; deuorarent. Quare multi Sirenes in pratis, vbi multa conspicerentur mortuorum cadavera, depingebant. Quod verò cantu suo navigantes occiderent, passim apud diuersos Poetas legere est, quorum loca, quoniam omnes eadem repetunt ne nauseam una res sæpius repetita moueat, sponte breuitati consulens prætereo, & solius Claudiani tantum verba adduco:

— *Rapidè Acheloides alis*

Sublata; Siculi latus obfidere Pelori

Accensq; malo iam non impunè canoras

In petem versere lyras, vox blanda carinas

Alligas, audito frantur carmine remi.

Cum itaq; musico illo concentu omnes interimerent, vnum Vlysses, què fors etiam illis obicit, interficere, ac submergere non potuerunt, cum cera sibi socijsq; aures obturasset, quod ægrè adeò tulisse eas fingit, tantoq; animi dolore affectas fuisse, ut in mari se præcipitauerint, & abundis in locaque post ab eis nomen resseruarunt, eicte fuerint. De Sirenium cum Vlyss. te colloquio, quo illum demulcere studebant, carmen hocce apud a Ciceronem extat:

O decus Argolicum quin puppim flectis Vlysses

Auribus, ut nostros possis cognoscere cantus.

Nam nemo hac vnuquam est iran / necus cæcula cursu,

Quin prius affuerit vocum dulcedine capus,

Post varijs audo / actatus pectore musis

Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.

Nos graue certamen belli clademq; tenemus

Græcia quam Troiæ diuisio numine vexis

Omniaq; è latis rerum fastigia terris.

Meminerunt eiusdem fabulæ, quam multi alij, atque inter cæteros b Horatius, ubi ait:

Sirenium voccs & Circes pocula nosti,

Quæ si cum socijs stultus cupidusq; hibiſſet,

Sub domina meretrice fuisset, turpis & excors.

Vixisset canis immundus, & amicus lusus.

DE NOMINATA.

Sirenuse

insula.

a L. 1. Geog.

Petra.

Sirenū sa.

xa.

b L. 3. c. 10

c Lib. 4.

Athemo-

esia.

d L. 6.

Leucosia

insula.

e L. 6.

Aptera

urb.

Apteria

flib. 4. c. 12

g In Phoci-

sis.

Sirenei sco-

pulis.

i L. 6. Moſt.

Attic. c. 8.

Phil.

phi a con-

templatiua

sypus.

Sirenusæ *σιρηνῶν* Ptolemæo, a Strabeni, & Stephano Italiæ insulæ in sinu Cumano Pomponius petras; Solinus Sirenium saxa vocat. Hermolaus vult Sirenes quoq; a Plinio Sirenuſas dictas, vbi i impressis codicibus vulgò Tyris Eronuſa, legitur. Sirenusæ ab a Apollonio Anthemoſſa *ἀνθημοῦσα* appellatur. Duas numerat Collenutius, & Carraſa in ſuo Chronico Neapolitano, eaq; il Gaillo, & Santo Pitro nominat. Alias Sirenarum inſulas deſcribit a Dyctes Cretenſis inter Calypſonem inſulam, & Charybdin. Leucosia alia in Sirenuſis eſt inſula continēti propior apud e Strabonem, Pæſto tamē obiecta. Aptera *ἀπτερα* Lucie urbs Stephano, vel Apteria *ἀπτερία* Cretæ inſulæ oppidum Ptolemæo, Apteron fortè / Plinio, Aptera, Suidæ; Marius Niger Palæocaſtro nominat, ita dictum quòd Sirenes eo in loco à muſis victæ pennis exutæ ingantur. Sic aptera animajia dicuntur, quæ alis carent. g Pauſanias hanc urbem Apteraon vocat, & a Ptera appellatam tradit, homine Delpho, ſed de Sirenibus non meminit, addit tamen non à Pteri, id eſt, ſilice herba in montibus ibi creſcente denomi- nari. Sireniorum ſcopulorum meminit b Aulus Gellius: Tu quoq; inquit, in illis *Dialeſtica* *Gyræ*, atq; *Meandris*, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.

MORALIA.

SIRENVM fabulā variè interpretantur, moraliter, hiſtoricè, & phyſicè, nec non & allegoricè. Moraliter enim ſignificare videntur illam Philoſophiæ partem, quæ contem- plationi rerū in cūbit, cū aliarū, tū naturaliū, & hiſtoriæ, & matheſeos cognitioni, quæta & ab actionibus remota. Itaq; canit apud Homerum oīa ſe noſſe, & hiſtoriā belli Troiani, & quicq; in terra cuenerint, & quicquid ipſas audierit, illū tū latiorē, ex voluptate pcepta, tū cogni- tione

1 tione sapientiores abire. Quamquam autem hæc Philosophiæ pars, & voluptatis, & eruditio-
nis multum habeat, ita ut hominem vix a se dimittat, & ad officia actionesq; humanæ vitæ ne-
cessarias, ut circa res in familia, aut rep. gerendas progredi vix patiat, (vnde etiam ligatus
fingitur Vlysses, tanquam ad omnem actionem impeditus) Philosophum tamen, qui per Vlyss-
sem indicatur, non nimium his studiis immorari decet, sed contentum hanc voluptatem se de-
gustasse, nec omnino talium rerum cognitionis se expertem esse, ad ea, quæ in hominum utili-
tatem administranda & prudenter gerenda sunt, pergere, vinculis, quibus agere prohibeba-
tur, solutis: ut non sibi tantum, sed alijs quoq; natus videretur, & perfectus esset philosophus, cū
parte illa, quæ contemplatur, tū altera quæ agit, ac mores, & virtutes officiaq; exercet.

Vlyssis fa-
bulæ mora-
liter expli-
cata

Sirenes pal-
trias, & me-
retriculæ.

20 Sunt qui Sirenes psalterias quasdam, & meretriculas fuisse coniciant, quæ transeuntes viati-
cis priuatos, non mori quidem (hæc enim fabulosa hyperbole est) sed miserè in posterum viue-
re effecerint. Alij senserunt fuisse loca caua, è quibus continuus quidam spiritus emitteretur,
qui per fistulas quasdam ab incolis appositas sonum tam suauem ediderit, ut prætereuntes ad
se alliceret, & in admirationem aliquandū immorantes traheret. Et hæc constat huiusmodi
veluti cantum sponte naturæ multis in locis edi, non modò cauis ore angusto, sed in litoribus
etiam modicè cauis, ad quæ vnde per motus diuersos aëlis, sonum non ingratum eliciunt. A-
theneus coqui cuiusdam faceret per Sirenum fabulam iocantis, hæc ferè verba recitat. *Si semel
culinam meam arte inuidero, id planè futurum videbis, quod olim circa Sirenes cōtigis. Presumptu-
se enim vidoris nullas per proximum vicum transire poteris, sed accensus quibus hians ad fores tāquā
affixus stabis, donec alius quispiam navibus obturatis adcurrens eum abstraxeris.* Hæc omnia Eusta-
thius in duodecimum Odyssæ, quæ Ornithologus latina fecit.

HIEROGLYPHICA.

30 Sirenes, quæ suauitate cantus, & mollibus quibusdam illecebris illectos homines apud se
ad mortem vsq; feruntur detinuisse. Veneris illicium significare vñtatissimo hierogly-
phico nemo non nouit. Addunt, & perniciem, quæ sublegetur ex nequitia per Sirenis
imaginem significari, eoq; tradunt nautas illos apud Homerum illectos, exitij sui causam com-
parasse. Sapientissimumq; idè Vlysem fingunt, quòd lociorum auribus cera oblitis per eundi
periculū sustulerit, sibiq; cauerit ne illi quicquam, quod imperaret, aut notu significaret, face-
rēt, ad malum se vinculis alligari passus, neq; prius dissolui, quā in tuta superato periculo eua-
sisset. Sapientiores tamen Sirenes pro hieroglyphico eloquentiæ felicissimæ, persuadendi vi-
posuerunt: vnde dictum illud de Catone Grammatico; *Cato Grammaticus, Latinus Siren.* Et A-
pollonius Tianeus apud a Philostratum in Apollinis templo suspensas etiam aureas Sirenum
illecebras memorat in huiusmodi significatum.

Veneris il-
licium.

Eloquentie
hierogly-
phicum.

Cato gram-
maticus Si-
ren dicitur.
a In vita
Apolloni.

PROVERBIA.

40 Sirenas præternavigare Σειρήνας παραπλῆναι proverbiali tropo dicitur, qui Philosophiæ
præceptis communis, voluptatum illecebras despuit, aut quomodocumq; victoriū occa-
sionem declinat. Socrates apud Platonem *ἐν δὲ ὁρῶσι διαλεγόμενης καὶ παραπλῆντας*
σφῆς ὡς περ σειρήνας ἀπὸ λήτης, id est, *Sirenes vident nos sermones conferentes, & illecebras immo-
les præternavigare ὑποβ. tanquā Sirenas quaspiam.* Similiter a alibi etiā dixit *Βία ἐν ὡς περ ἀπὸ*
τῶν σειρήνων ἐπὶ χροῖνος τὰ ὅσα οὐ χροῖμα πύγων, id est, *Fuga ab eis, vñt mibi adhibens & tanquā*
a Sirenibus aures obtinens. Desumptum adagium est ex notissima fabula de Vlysse lociorum
aures cera obturante, ut periculum sibi, suisq; imminens effugeret. *Sirenem Pica imitans,* de ine-
pito imitatore dictū est, *καὶ τὰ τῶν σειρήνων μιμνήσκει.* Pica Sirens emula. Sirenes summa dulce-
dine cecino se fingunt, & virtutum commentatores quibusdam significant, vnde apud Italos
templa habuere, ut aliæ Deæ, quæ virtutem commendarent. Adagium hoc est apud b Gaienum
& Doricum videtur, quid enim consoni habet obstrepera Pica, cum arguta Sirenum voce.

Sirenas præ-
ternaviga-
re.

a In Simpo
sio.

Sirenē Pi-
ca imitans.

b Lib. 2. de
diff. puls.

A L L E G O R I C A.

SIRENES existimare conuenit illecebrofas, & fraudulentas esse voluptates, quæ deli-
catis, blandis, mellitisq; præstigijs omnes grauitè irretiunt, quicumq; præsentem vitam
tanquā mare quoddam nautant. Has voluptates ille superabit, qui exemplum Vlyss.

Vlyssis exē
plum.

sis imitatus, animæ facultates, & sensuū instrumenta connata, diuinis rationibus, actionibusq. ueluti cera refaserit, corporeos autem impetus robustissimo philosophiæ uinculo compescuerit, externisq. machinis inexpugnabiles effecerit. Hoc enim pacto, licet sentiens, non sentire uidebitur, & audiens obaudire; illæ autem frustra occinentes admitti conabantur. Etenim uoluptates simpliciter expertum esse non statim animam corrumpit, sed per omnem vitam ipsa adherere uelle temperantiæ optimarum actionum immemorem, hoc uerò est, quod præsentē animæ internecionem affert. Quod uerò Sirenas tres fuisse fingant, tribus etiam modis homines in amoris illecebras pertrahi significarunt, cantu scilicet, visu, & consuetudine. Idem uerò merus rectè nobis significat mundum, carnem, & humani generis hostem, quorum cantus suggestiones sunt, Instrumenta præsentis deliciæ, diuitiæ, & honores. Siren quæ uoce caneret, Dæmonem denotat, cuius vox, omnium uitiorum suggestio est, quibus irretitos homines detinet, detentosq. perimit, iuxta illud a Esaiæ: *Erit Tyro quasi canticum meretricum*. Quæ tibias instat Siren carnis symbolum est, quæ nos ad luxuriam, libidinem, & gulæ illecebras adhortatur iuxta illud b eiusdem: *Comedamus, & bibamus, eras enim moriemur*. Tertia Siren mundus erit, qui propositis nobis diuitijs, atq. honoribus ad auaritiam, & rapinam nos impellit, hinc idem c Esaias ait. *Accellera, spolia detrahe, festina pradari*. Ficti pariter, & simulati amici, hæretici, ambitiosi, & mulieres Sirenibus egregiè assimulantur. Amicus enim falsus dolis suis, ac fallacijs cuiq. imponit, & in eo omnem operam suam, atq. industriam collocat, ut ex tali amicitia emolumentum capiat, nihil de damno illius sollicitus, de his loquitur d Apostolus. *Omnes quæ suauis, querunt, non quarunt Iesu christi*. Hæretici eodem modo Sirenes dici possunt, cum pessimis suis imposturis alios à uera, & Catholica fide reducere student, seductosq. in æternas miseras precipitare, de quibus ad e Romanos scriptum est. *Per dulces sermones, & benedictiones decipiant mentes innocentium*. Ambitiosi Sirenibus perquam appositè etiam comparari possunt, illi scilicet, qui cum uirtute non possunt, arte, atq. fallacijs, uel ad Ecclesiæ, uel Reip. gubernacula aspirant, quia si ad ea recipiantur, alios honores ambiunt, nec prius à tali instituto auelluntur, quam cæteris à gubernaculo depulsis, soli rerum potiantur. Sirenes demum meretrices significant, uenim illæ transeuntes in naufragia de ducebant ita hæc amantes suo amore irretientes, omnibus suis facultatibus spoliant, & tandem Iro pauperiores reddunt. Licet enim Sirenes corporis sui principio fœminas referent, hoc est, amicas, & benignas se præstarent; reliquis tamen partibus auitijs, vnguibus nempè, atq. alis insignitæ, rapacitatem, atq. auaritiam inexplibilem denotant. Quod deniq. Sirenes in pratis uiridis, in quibus hominum ossa dispersa iacebant, à quibusdam depictæ conspiciantur, id mortem significat, & calamitatem extremam ab illecebris lasciuis proficisci,

SYMBOLA.

SIREN in turbido mari natans cum his uerbis CONTEMNIT TVTA PROCELLAS significat hominem qui propriæ uirtuti confusus, aduersa omnia contemnit.

EMBLEMA.

a Emblem.
117.

Emblema est apud a Alciatum, quod meretricibus nihil cum doctis esse significat, uel potest intelligi sub allegoria de malis, & ineptis Poetis, qui bonis infesti sunt, & facere semper, sed qui demum à bonis, & doctis vincuntur.

Abseq. alis uolucres, & cruribus abseq. puellas

Rostro abseq. & pisces, qui tamen ore canant,

Quis putes esse villos? iungi hac natura negauis

Sirenes fieri uel potuisse docent.

Illicitum est mulier quæ in piscem de finis atrum

Plurima quod secum monstra libido uelut.

Aspectu, uerbis, animi candore irabuntur

Parthenope, Ligia, Leucosq. uiri.

Hæc Musæ exclamant, hæc atq. illud Vlysses,

Scilicet est doctis cum meretrice nihil

DE SELEUCIDIBVS AVIBVS.

Cap. V.

 Tſi verò Seleucides dictæ aues, de quibus modò institutus est sermo, veteribus minime rapaces vocentur, quia tamen, quæ de illis tradiderunt, meræ fabulæ sunt, placuit & earum historiam cæteris volucribus fabulosis subiungere, vt nihil in hoc opere deesse videatur, quod liberalia studia promouere possit.

ÆQVIVOCATIO.

S Eleucis apud Varinum, & Hesychium calceamentum muliebre quoq; significat, necnon & poculi quoddam genus quod à Seleuco Rege nomen inuenit, Seleucis dictum est, de quo Athenæus loquens: *Pocula quædã inquit, vnicum fundum habent, alia duplex, vti Ooscyphia, Cantharia, Seleucides: illorum fundum vasis corpori continuum fabricatum est, in his præterea alterum, quod è figura angustiore in ampliorem extenditur, cui poculam insistiis.*

Seleucis pro calcea mento. a Lib. II. Deipnos. Pro poculo.

SYNONIMA.

Plinius in plurali Seleucides vocat, fortè quia nunquam Iupiter vnâ, sed plures ad internecionem locustarum immixeret. Legitur tamen *σελυκίς* pro aue locustis vescente apud Hesychium, & Varinum, quæ nunquid eadem cum Plinianis sit, alij inquirant, iudicentur. Quivis id facili mihi persuaserit. De nominis etymo nihil apud authores exaratum video, possit tamen quispiam suspicari à Seleucia regione Seleucides dictas, quod Zozimius Comes non videtur negare. *Seleuciæ, inquit, quod est oppidum Ciliciæ templum Apollinis erat, quem Sarpedonium vocant, & in eo oraculum. De hoc quidem Deo, quæ perhibentur, & quod omnibus ab illius locustarum vexatis Seleucidas dare solitus fuerit, & cum petentibus eas dimittere, &c.*

FORMA.

DE forma Seleucidum, & magnitudine nihil scripsit antiquitas. Galenus tamen auicula vocat, vnde paruas fuisse quispiam arbitretur, maximè verò cum locustis vesci fingerentur, qui victus parvis potius, quam magnis auibus conuenit. Doctissimus Iacobus Dalechampi Elorij quoddam genus esse existimat, sed id non placet, Elorius enim ex Ardearum genere est, & pisciuorus.

Dalechampi error.

LOCVS. VICTVS. NATVRA.

Voracitatem inexplebilem Seleucidibus fabulosa antiquitas tribuit, sed quarum tamè aduentum agricolæ, quod locustas, quæ aliàs fruges suas deuastabant non deuorarent solum, sed sola etiam vmbra sua eas enecarent, ab Ioue implorabant. Quod longe aliter recenser Plinius: *Seleucides, inquit, vocantur, quarum aduentum à Ioue precibus impetrans Casij montis incole, fruges eorum locustis vastantibus.* Quas ita deuoratas Galenus tam celeriter excreuisse scripsit, vt Suidas, *ὁ πρὸς ἐν τῷ πνεύματι καὶ ἀκόρεστος καὶ παύειν οὐ δύναται*, hoc est, *Auem bene concoquentem suæ insatiabilis ventriculi, malignam, vel ætutam, & locustis deuorandis maximè inbiantem vocaueris.* Quem verò locum incalescent, vnde venerint, quouè abireant nihil proditum reperio, & Plinius etiam id ignorari scribit, & nunquam conspectas, nisi cum præsidio earum indigetur, quod quomodo verisimile sit, ipse viderit, sed non minus splendidum est, quod sequitur, mendacium, quod tale est, vt si quis vnâ ex his auibus interfecisset, reliquæ à defendendis à locustarum iniuria frugibus desisterent, neq; etiam amplius reuertentur. Atq; hæc sunt quæ de Seleucidibus fabulati sunt veteres.

M O R A L I A.

Angeli Se-
leucides
diffi.
a Ad Heb.
cap. 3.

S Eleucides Aues, quæ nisi à Ioue, hoc est, à Deo Opt. Max. in terrâ missæ fingeantur ad extirpandam Locustarû illuicem, Angelos caelestes denotare possunt, quorû nos conditio fugit, nescimus. n. vnde illi veniant, aut quò se recipiant, quinimò nunquâ nisi à Deo missi ad nos veniant; Vnde D. a Paulus. *Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi.* Nos itaq. vt Seleucides aues Calij montis incolæ à Ioue impetrant, sic quoq. à Deo nostro, cû locustæ, hoc est, vel carnis huius titillationes, vel Dæmones, vel Tyranni, vel deniq. hæretici fruges nostras, hoc est, animi nostri dotes, fidem scilicet, & charitatem, aliq. bona opera nostra deuastant, impetrare studeamus, vt eiusmodi locustas à nobis fuget Sapè autem Angelos pro hominibus pugnassee, & parta victoria ex eorum oculis sese eripuisse sacra Biblia testantur.

S Y M B O L V M.

S Eleucides Aues cum verbo ALIIS, significant hōminem, qui semper in eo solo omnem operam collocat, vt alijs profuit.

APPENDIX AD HISTORIAM
DE GRYPHE.


A Nequam ad vndecim Librum me conferam, nonnullas prius Icones ex area quadā, at verustissima tabulā, hieroglyphicis, hoc est, sacris Aegyptiorum symbolis clārā, (quam ex Torquati Bembæ Musæo publicæ utilitatis causā Imperatori Ferdinando & Aeneas Vicus Parmensis publicatam dedicauit (depromptas inferere volumus, non tamquam per incuriam in Gryphi, & Harpyiarû historia omisissas, sed quæ iam modò ad manus nostras peruenere; nam & hæc quatenus auium fabulosarum effigies gerunt) Harpyias & Gryphos potius, quàm vllas alias exprimunt. Nec obstat rudis earum pictura; nam & ipsa eo rudo rudis erat, & imperfecta. Hæc verò icones Antonio Giganti Forosēmpreniensī, qui, cû diu optimè de literis meritis esset, hisce diebus non sine magno bonarum literarum dispendio hinc creptus est, acceptas referimus, vt etiam multa præterea aliā ipsi debemus. Hic inter alia qualia in antiquariorum Musæis conspici solent, eiusmodi tabulā, quam diximus, typum cōseruabat. In qua non hæc duntaxat, quas damus, icones considerauimus, verum etiam aliā multa hieroglyphica, ibi, vt diximus, exculpta, enucleauimus, & nomina imposuimus, vt proprijs patebit locis nostrarum historiarum. Verumtamen nos, qui cû hæc per trāsennam tantummodo scriperimus, alios rogamus, qui naturæ arcana diligentius perscrutentur, vt ad hæc nostra, & quæ suprà de his fabulosis volucribus à nobis dicta sunt, si quæ habent, addant admiranda, scituq. digna. Verisimile autem est Philosophos, seu sacerdotes illos Aegyptiacos, qui per eiusmodi animalium, ac aliarum rerum naturalium picturas, symbola sua hieroglyphica cōscribebant; per hæc etiam nonnulla indicasse mysteria. Vnde cû publicæ studiorum utilitatis causa, quam semper ante oculos habemus, his icones depingi curauerimus, lectorem minimè superuacaneas indicaturum omnino existimamus, sed cum D. a Augustino dicturū: *Quam innumerabilia varijs artibus, & artificijs in vestibus, calceamentis, vasibus, & huiusmodi fabricamentis, picturis etiam, dixerisq. signentis, atq. his usum necessarium, & pram significationem longè* stat. Siquidem ex ijs diuina elucescit admiratio iuxta illud Aristotelis: *Nullum reperitur animal, quāuis perexiguū sit, in quo non sit diuina admiratio.* Ad hæc eiusmodi hieroglyphica per res naturales indicata non oblectant solum homines ea contemplantēs, verum & eos, qui intus ea perscrutantur, ad virtutem, quæ omnium actionum finis est, perducunt. Hinc talibus pijs, quæ alta continebant mysteria, præter Aegyptios, Hebræos etiam olim delectatos fuisse sacra historia testis est. Atq. hinc in templo Salomonis palmas, mala granata, leones, boues, multaque alia mysterijs plena depicta extitisse legimus, quæ à Theologis, sacrorumq. mysteriorum interpretibus passim enucleata sunt, & dilucidata. Verum, vt ad icones depingendas reuertamur, lectorem de picturarum, quas diximus, utilitate plura desiderantem ad e. Gabriels Cardinalem Palæotī, & a Pinti scripta, quæ abundè de ea agunt, ablegamus.

a Lib. 10.
cap. 34.

b Lib. 1. de
partib. ani-
mal. cap. 5.


c Lib. 2. cap.
30. de pict.
diu. Exce.

10^a Quæ priori loco depicta, est figura, fabuloso Grypho accedit, duplicis nimirum nature partim auem, partim quadrupedem referens. Rostrum autem simile, nullus in capite oculus, nulla auris quas nihilominus partes suo Gryphi fabulosa veritas attribuebat, ut in Gryphe ostendimus.



Conspicitur hic supra verticem capitis huius animalia corniculatæ Lunæ imago, & supra hanc stella, ad latus verò nescio quid semen fraxini, seu linguam auis, vel aceris semen æmalans. Habet præterea hic Gryps caudam quadrupedis, leonis fortè, ut veteres etiam Greci fixerunt. Supra anteriores eius pedes alia erat figura facie humana, sed quæ brachiorum loco alas habebat cùm in vagina reconditas, ut in insectis analitris conspicimus.

30^a Huic iconi addimus modo aliã, quæ quoq. & ipsa Gryphẽ quodãmodo exprimit quamvis enim facies, utpotè cum appendice quadã ad mœrum capillari, humanæ similis videatur, quod virilis habitus signum est, Harpyiæq. femine, ideoque imberbes finguntur, Gryphis rudiorẽ picturam potius, quam Harpyiarum iudicamus, maxime cùm alas habeat instar auis, cætera quadrupedis, ut Gryps fabulosus. Ad picta erant huic figuræ, & alia hieroglyphica, nimirum planta quædam è vasculo enascentis, nonnullæq. literæ, necnon baculus erectus, qui in superiori parte sceptri instar admodum erat crassus.



Tertio loco poſita Icon ſuperiori in omnibus ferè ſimillima. Et autem triplicis etiam natu-
ræ, capite nimirum barbato, eoq. ceu galea induto hominem, alis auem, cæteris partibus qua-
drupedem referens.

Quarta figura, & ipſa Gryphi poteſt annumerari, & Tetrapoãtropos dici, quod partim qua-
drupedem, partim hominem referat; Capite ſcilicet capillamētis quibuſdam tortuoſis inſigni-
to mulierem, alis retro caput ſuſum vergentibus aues, cæteris quadrupedes.




30

APPENDIX AD HARPYIAS.

N Vm iſtæc priori loco poſita Icon ad fabuloſas veterum Harpyias, an verò ad Sirenes
adiocere quiſpiam maſcit, per me non ſtat. Tota autem auem æmulatur excepta fa-
cie, quæ humana eſt. In fronte capillamenta quædam gerit ſurrecta, vel cincinnos
in dextram, & ſiniſtram partem conglobatos.



Quæ subsequitur figura effigiem mulieris, alas, & pedes more auium obtinet; astat ab vna parte vas, in quo conspicitur folium, fortè palmæ: prope caput insectum, papilionaceum: ab altera parte planta lilio congener, quæ in folij summitate asteriscum continet. Adpicta est demum planta spicata, cuius summitas deorsum pendet. Quæ omnia absq. dubio sua habent mytheria.



Tertio loco depictam appellare placuit Harpyiam tetrapteron, id est quadrialam. Eiusmodi animal si in rerum natura daretur, cæterorum sanguineorū animalium naturæ repugnatet. Siquidem cum quatuor habeat alas, duas scilicet extensas, totidemq. compressas, binos verò è contrario duntaxat pedes, animalia sanguine prædita dicendum foret sex notis moveri, quod Philosopherum Principis & Aristotelis præceptis omnino refragatur. Sex enim notis moveri exanguiibus quibusdam, seu insectis tantummodo quadrat; vel contrà statuendum esset hoc animal esse monstrificum, & ex abundantia materiæ quatuor alas obtinuisse.

Harpyia tetrapteros.

a De incessu animal.

Libri Decimi Finis.

